





1683.

1. Truster, Joh. Nicolaus : Exemplis vulgus capitis dictio
- 2⁹ ~~9~~ Braunsberg, David Johann : Cereorum et forensium
collecta . . . solenni examini . . .
- 2⁶ Hammer, Georg Richard : Cereorum et forensium
collecta . . . solenni examini. [Resp. David Johannes
Braunsberg.]
3. Hoffmannus, Joh. Maurus : De glandulis renatibus
exercitationum anatomico-medica . . . publice
. . . rethorice subjicit
4. Kämpf, Joh. Tractium : De ejoratione bonae copiae
5. Jockel, Andreas : De praescriptione temporis in me-
morabilis.
- 6^{1. 2} Schultzy, Christianus : De delictis praetorum . 2 Scripte
7. Schultzy, Tractium : De jurisdictione literati

8. Wagensius, Joh. Christophorus : De Romanis pontificibus
 ortus ex Gemannum gente creatos.
9. Wölcker, Georgius Christianus : De exceptione doli
 1664
 1664
 1664
 K. Tarkner, Johann : De incarceratione clericorum
 cum et sine carcere 4 Sampt
2. Krappf, Henricus : De concursu iudicii civilis
 et criminis in causis ultimi supplicii
3. Lincke, Henricus : De usurarum procrebris
 in concursu creditorum.
4. Meier, Sebastianus : De iudiciis in criminibus magis
 quod torturam reprobatos et approbatos
5. Meisner, Antonius : De simulatione iuramentis

h.
i
i
w



40.

A Ω!

1684 10

Disputatio Inauguralis Juridica

De

INCARCERATIONE CLERICORUM CUM ET SINE CARENA,

Vom

Priesterlichen Gehorsam/
mit und ohne Wasser und Brodt
zu speissen /

Quam,

PRÆSIDE

Deo Ter Optimo Maximo,

Ex Decreto & Consentu

Magnifici Jure-Consultorum Ordinis,

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure Honores ac Privilegia Doctoralia

rite & legitime capeffendi,

In Alma Noricorum Universitate

Solenni ac publico Eruditorum Examine decenter sistit

JOHANN Gärtner / Sver. Mecklenb.

Ad d. 18. Sept. Anno M. DC. LXXXIV.

ALTORFFII,

Recusa M DCC VIII.

74



fo.

INSTITUTION

MUSEUM

ET

EXHIBITION

OF

ARTS

AND

SCIENCE

OF

AMERICA

PHILADELPHIA

1876

EXHIBITION

OF

ARTS

AND

SCIENCE


OF

AMERICA

PROOEMIUM.

Aristoteles lib. 4. Polit. cap. 17. *Judicia civilia propterea necessaria esse putat, quod sint nervi Legum & discipline, sine quibus nulla Legum vis atque authoritas se exserere, nullaque civitas aut Resp. salva & incolumis consistere potest. Auctoritate nutuque Legum docemur domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates, nostra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abstinere, ait Cicero lib. 1. Orat. & Porro 3. Offic. hoc spectant Leges, hoc volunt, incolumem esse civium conjunctionem, quam qui dirimunt eos morte, exilio, vinculis, damno coercent & finis judicii civilis est salus Reipublica. Hocque non solum in Societate civili & Politica, sed & in sacra & Ecclesiastica plusquam verissimum est. Nulla enim Respublica tam corrupta, nulla gens tam barbara invenitur, quin Sacrorum curam gerat, Leges de iis constituat, atque, ut DEUM civibus propitium conciliet, cultum divinum ordinet, atque regulas bene vivendi Sacerdotio prescribat, ut adeo judicia Ecclesiastica, quae respiciunt salutem Ecclesiae, ejusdem necessitatis sint ac civilia, quod innuit Constitut. Elect. Sax. tit. vom Ober-Consistorio, hisce verbis: Ruhe / Einigkeit und Friede in Schulen und Kirchen zu erhalten / die unvermeidliche Nothdurfft erfordert / &c. Multi equidem haud necessarium esse ducunt, habere in territorio judicia Ecclesiastica, quin posse in uno eodemque judicio civili Ecclesiasticas & Politicas causas tractari ac terminari; Verum quamvis hoc suo modo largiamur, eo ipso tamen innuitur, quod & Societas Ecclesiastica judiciali carere nequeat discussione, praepriis si Clerici Leges scriptas transgrediantur, atque vel regulas officii Ecclesiastici, quoad doctrinam excedant, vel etiam quoad mores extra officium delinquant, sicque scandalum haud leve in Societate sacra praebeant. In univrsum namque peccatum Clerici majus est peccato laici, secundum Isidor. Pelus. lib. 2. Epistol. ubi ex Legibus Hebraeorum ostendit, tantum pro Sacerdote peccante esse offerendum, quantum pro universa plebe, idque non tam ob naturam facti, quam ob persona perpetrantis, quae aliorum mores moderari debebat, dignitatem. Quamvis ergo ipsa persona delinquentis di-*

gritas & qualitas nec augeat, nec minuat delictum, teste Dn. Struv. S. J. C. Ex. 1. th. 31. maxime tamen crimen commissum augetur per dignitatem, sic cum professione pugnat, sicut Clericum nihil magis debonestat quam mendacium, aliudve delictum, per quod vel regulas officii Ecclesiastici excedit, atque vel in officio vel extra illud delinquit. Brunnemann, ad l. 8. C. de Episcop. & Cler. Dn. Schilter. Inst. Jur. Gan. lib. 1. tit. 18. §. 1. Quare Jus Canonicum, ut uti iudicis secularis potestati Clericos in tantum subtraxerit, ut nullus iudicium neque presbyteri neque Diaconum aut Clericum neque etiam Juniores Ecclesie (per quos intelliguntur Ministri Ecclesie inferiores & Clerici minorum Ordinum, qui Senioribus ratione scilicet honoris & precellentioris gradus ita appellatis opponuntur. Vid. Freder. Lindembrog. in Glossar. LL. antiq. atque E-man. Gonzal. Tellez. ad c. 1. x. de Cens. n. 2. nec non ad c. 2. x. de for. compet. n. 2.) condemnare possit, per d. cap. 2. imo ne Clerici quidem volentes ipsius jurisdictionem agnoscere, suoque foro renunciare queant, per Decretal. Innocentii III. cap. 12. x. de for. compet. in quam tamen, non immerito in debetur Jacob Cujac, in Peculiar. ad istam Decret. recitat, quem sequitur Matth. Stephan. lib. 1. de Jurisd. c. 22. n. 15. & seqq. Attamen ne scandalosa eorundem delicta maneant impunita, variarum penarum genera in Clericos delinquentes constituit, inter que eminet atque non sine fructu addicitur INCARCERATIO cum vel sine CARENA, de qua presentem Dissertationem Inauguralem, Speciminis loco, conscribendam nobis constituimus, ita quidem, ut prius IN GENERE POENAS CLERICORUM breviter recensamus, postmodum IN CARCERATIONEM CLERICORUM per causas explicemus, tandemque CARENÆ POENAM annectamus. Ut vero labor hic nosster feliciores sorriatur progressus, sacrosanctum Numen humillimis venerationis precibus, velit auspiciis gratia sua dignari, finem vero felicissimum reddere, sicque opus manuum nostrarum benignissime coronare.



CAPUT I.



Utdnam pœna sit, sub auspicio nostræ Dissertati-
onis in disquisitionem venit, & quidem jura no-
stra Civilia in L. 13. l. 144. ff. de V. S. pœnam
parit̃m noxæ vindictam dicunt, quam definitio-
nem Ulpiani probat *Petr. Theodor. in Colleg. crim. c. 10.*
aph. 1. per tot. partim etiam delicti vel criminis
coërcitionem, vindictam sive ultionem *Hugo Grot. de J. B. & P. lib.*
2. cap. 20. n. 1. pœnam pro malo passionis habet, quod infligitur
propter malum actionis, sed hanc definitionem suo definito angu-
stiores esse dicit *Dn. Ziegl. ad Grot. cit. c. 20. n. 1.* propterea, quod
omnis pœna delictum sive peccatum præsupponat, quod iterum
est vel commissionis, quod peragitur contra legem negantem, vel
omissionis, quod committitur contra affirmantem, & tamen in
definitione non comprehenditur. Ipsi quidem pro more con-
tradicit *Hennig. ad Grot. cit. loc.* propterea quod etiam peccatum
omissionis sua natura & efficacia semper involvat actus positio-
nem, cujus respectu pœna quoque malum actionis dici possit,
ut adeo peccata omissionis contra legem affirmantem non minus
actualia sint, quam quæ Doctores commissionis dicunt, & con-
sequenter hæc distinctio delictorum non immerito subleste fidei
esse videatur; Nihilominus tamen ad controversiam hanc evi-
tandam magis juridice cum *Eckhst. ad Pandect. tit. de pœn. vo-*
cari potest criminis sive delicti debita coërcitio, quæ vel a lege
vel etiam ab ejus ministro imponitur; Vel cum Colleg. Argent.
ad tit. de pœn. l. 1. legitima delictorum coërcitio, quæ ad disci-
plinæ publicæ vigorem conservandum constituta vel inducta est,
confer. Cujac. in Paratit. Digest. de pœn. atque Anton. Marth. in
tract.

tract. de crim. l. 48. tit. 18. c. 1. n. 1. Quomodo vero Canonicam poenam describant, apparet ex traditis *Martin. Azpilc. Navarra. tom. 3. Oper. in Comment. de Orat. & hor. Canon. c. 21. n. 48.* atque *Valens. ad tit. de poen.* Dividitur alias poena in Conventioalem, ut certam quantitatem pecuniae solvat is, qui conventionem, transactionem vel compromissum non servat, *vid. §. ult. Inst. de V. O. Testamentariam*, quae ex dispositione testatoris fluit, atque licita est, *juxta §. ult. Inst. de Legat. atque Legalem*, quae legibus propter delicta constituta est, atque nostrae impraesentiarum est considerationis, iterumque in Civilem & Ecclesiasticam dividitur.

5 Civilis porro est (1) vel talis in specie sic dicta, quae privatum auctoris interesse concernit. *l. 9. §. 5. de publ. judic. §. 10. Inst. de Injur. vel Criminalis*, quae publicum interesse respicit, *cit. l. 9. §. 5.* haecque itidem est vel capitalis, quae adimit caput hominis, vitam scilicet naturalem & civilem, *l. 17. §. 1. ff. de poen.* vel non-capitalis periculum non respicit, *l. 28. §. 1. eod.* (2) vel ordinaria, quae a LL. decernitur ac definita reperitur *l. 8. §. fin. de publ. judic. l. 1. §. 1. de effract. vel extraordinaria*, quae arbitrio Juridicis relicta est, *l. 1. §. 1. de effract.*

6 Sed cum de omnibus hisce poenis nobis impraesentiarum plane non sit sermo; Ideoque vel summo digito haec demonstrasse sufficit, *confer. interim Comment. ad tit. de poen. Criminaliste interque eos post allegatos Theodor. in Colleg. Criminal. cap. 10. aph. 2. per tot. Anton. Math. cit. tit. 18. c. 1. Carpz. p. 3. Prax. Crim. qv. 128. & seqq. Venat. in Analys. jur. Pontif. atq; Vallens. ad tit. de poen.* atque de his

7 poenis secularibus vel civilibus hoc singulare in Jure Canonico occurrit, quod capitales seu mortis poenas non decernit, ideo, quod ad correctionem vitae & consequendam aeternam salutem spectet, *Joch. Stephan. Inst. Jur. Canon. lib. 3. c. 7. n. 2.* hinc illas Laicis committere solet, ita tamen, ut, si Clericus propter enormia delicta per Episcopum degradetur & brachio seculari tradatur, Ecclesia pro eo intercedere debeat, ne ad mortem damnetur, ut ab omni effusione sanguinis immunis permaneat, *vid. c. 5. ne Cler. vel Monach. ibiq; Gonzal. Tellez. n. 7. atque c. 27. de V. S. ibique Anton. Dadin. Atrejer. ubi tamen Innoc. in traditione Curiae seculari facta errorem aliorum secu-*

secutum esse dicit. Ex qua ratione inter alia adhuc hodie fluit, quod nec hodierna jurisdictio Consistoriorum se extendat ad causas criminales, sed bassam solum complectatur, die *Erband* *Niedergerichte*, non alium seu merum Imperium, die *Ober* oder *Peinliche Gerichte* / *vid. Ordinat. Eccl. Saxon. tit. von Immunitatibus und Freyheiten der Kirchendiener* / §. Was aber ihn *vers.* aber die hohen / & sub tit. Von beyden Consistoriis, c. 10. Was für Straffen das Consistorium und desselben Assessoren zu erkennen und zu gebrauchen haben sollen. *Math. Wesenb. 1. conf. 26. n. 2. Thom. Mich. de Jurisd. conclus. 70. Carpx. 3. de fin. Eccl. 5.* Unde ut committentem delictum capitale vel ad Principem vel etiam ad alium Judicem competentem ad poenam capitalem infligendam remittat, necesse habet, *conf. c. 4. de raptor. Zosf. ad tit. de poen.* Poena Ecclesiastica, quæ ad hunc nostrum potissimum spectat locum, iterum subdividitur in Medicinalem & Vindicativam, uti patet ex traditis *Layman. in Theol. Moral. lib. 1. tract. 5. p. 1. cap. 1. per tot.* atque *Engels in Colleg. Jur. Canon. lit. 6. tit. 29. §. 1. n. 2.* Medicinalem alias vocant Censuram Ecclesiasticam, cum Censura proprie non sit poena vindicativa sceleris perpetrati, sed potius poena spiritualis atque medicinalis, intendens futuram correctionem delinquentis contumacis. *cap. 1. de sentent. excomm. in 6to. Engel. cit. loc.* Sicut ergo Censura apud Romanos non solum denotavit officium Censorum, sed etiam quandoque ipsam correctionem & poenam a Censoribus decretam; ita quoque vox hæc a Scriptoribus Ecclesiasticis est translata ad negotia Ecclesiastica ad significandam spirituales poenam, quam Ecclesiæ Prælati contumacibus infligunt, ut reducantur in semitam rectam. *Gonzal. Tellex. ad cap. 20. de V. S. n. 3.* atque in hoc significatu a *Layman. c. cit. cap. 1. in princ.* quem sequitur *Engel. dict. loc.* de finitur, quod sit poena spiritualis, per quam homini baptizato delinquenti, ut contumaci, per Ecclesiasticam potestatem quorundam spiritualium bonorum usus aufertur, donec a contumacia recedat. *Moro. Anton. de Domin. quidem lib. 5. de Republ. Eccl. cap. 9. n. 6.* Censuram vocat illam poenam Ecclesiasticam, quæ potestate clavium exercetur, & ita peccatum ligat in terris, ut etiam sit ligatum in coelis

lis, Hinc ubitale vinculum non adest, nec animam attingit, inepte censuram vocari dicit, cum sit potius poena alia externa Ecclesiastica, hæcque est ratio, quod Interdictum veram Censuram esse negat

12 *cit. cap. n. 38.* Verum Canonistæ communiter ab eo dissentiunt, atque Censuram habent pro poena privante bonis spiritualibus, per Ecclesiasticam potestatem ad delinquentis correctionem composita, confer, cum *August. Barbof. ad cap. 20. de V. S. Dn. Ziegl. ad Lancelot. lib. 4. tit. 12. §. 2.*

13 Quapropter plura ad hanc censuram tanquam necessaria notant Canonistæ, & quidem (1) quia primario versatur circa privationem bonorum spiritualium, quod sit poena mere Ecclesiastica, quam solus Magistratus Ecclesiasticus inferre potest, quin habet ordinariam jurisdictionem, etiam ex hypothesi *Innocent. ad c. Archidiacono 5. de Offic. Archidiacon. inferior. utputa Archidiaconus, Archipresbyter sive Decanus, propter c. 3. de offic. Iudic. ordin.* quod tamen *Gloss. & Dd.* communiter intelligunt præsupposita commissione Episcopi vel probata consuetudine. Videatur *Engel. cit. §. 1. n. 13.* Sed quicquid sit, in eo tamen a cæteris differt poenis, carceris scilicet multa & exilio, quod illas etiam secularis potestas infligere possit, *Layman. d. cap. 1. num. 1.* (2) Quod bona spiritualia privata atque propria, ut sunt: Spes, Charitas, Fides aliæque virtutes per Censuram non auferantur, (cum bonis his spiritualibus Ecclesia neminem spoliare possit,) sed communia, utputa Sacramentorum administratio & perceptio, quidem quoad usum tantum, non quoad ipsam facultatem sive potestatem, uti fit in depositione & degradatione, quæ potestatem spirituales, quatenus fieri potest, homini simpliciter & sine spe ordinariæ recuperationis adiungunt. Rationem reddunt, quod tanquam poena Medicinalis infligi debeat per modum vinculi facile solubilis, ut liget tantum, sive usum & exercitium impediatur *Layman. cit. loc.* Ex quo principio porro fluit, quod Censura regulariter in perpetuum vel ad certum tempus imponi nequeat, sed cesset contumacia delinquentis cessante, vel satisfactione pro delicto oblata *per c. 11. de Constitut. interveniente tamen absolutione per c. 15. de sentent. excomm. 15 mun.* Et quamvis suspensio nonnunquam etiam in Clericis ad tempus

pus aut in perpetuum fiat per c. 1. *de Cler. venar.* hoc casu tamen non retinet propriam naturam Censuræ, sed irrogatur per modum pœnæ vindicativæ. vid. *Panormitan. ad c. saepe contingit. 44. de appellat.* In quos porro, ob quas causas, & quibus requisitis intervenientibus, quæ præcipue admonitionem præcedentem concernunt, Censura decerni possit, prolixius & per plura capita explicant *Laymann. cit. tract. 5. p. 1. per tot. ubi plures allegat. atque Zæf. de sentent. excommun. n. 1. & multis seqq. confer. Martin. Azpilcuet. Navarr. in summ. c. 27. in princ.* Nobis hæc vice sufficiat demonstrasse, quod Censura cum aliis pœnis Ecclesiasticis, utputa Carcere, Remotione &c. uti equidem non nemo censet, confundi nequeat, cum iddemum Censura Canonistis sit, quando Ecclesia censet de fratris conditione & statu, quem quoad bona Spiritualia hactenus in communione fidelium habuit, ex qua cum vel omnino vel ad partem separat. In eo tamen cum Canonistis facere haud possumus, quod ad forum tantum externum Censuram suam restringant, ut videre licet apud *Martin. Azpilcuet. Navarr. cit. cap. 27. n. 1.* cum utique etiam conscientias afficiat, quod vel ipsa ejus species excommunicatio scil. demonstrat, cui effectum hunc negare nequit *Azpilcuet. d. l. n. 3.* Dividitur censura vel in genere vel in specie, & quidem in genere, quod alia sit *juris*, quæ in Canone vel Statuto continetur, alia sit *hominis*, quæ a judice Ecclesiastico infligitur. Censura Juris seu Canonis rursus subdividitur in censuram *latæ & ferendæ sententiæ*, ut prior sit, quam quis ipso jure, sine alia judicis sententia, ipso facto vel criminis admissione incurrit, posterior, quæ à judice Ecclesiastico ex præscripto juris infligitur *c. pastoral. 53. §. verum de appellat.* quibus autem loquendi formulis significetur censura sententiæ latæ, quibus sententiæ ferendæ, ex *Sylv. Avil. Castr.* aliisque demonstrat *Layman. cit. loc. c. 2. n. ult.* Censuram tandem hominis denuo subdividunt in eam, quæ alicui personæ nominatim infligitur, & in eam, quæ per generalem sententiam indeterminate profertur, quales generales sententiæ olim quandoque imponebantur pro culpis futuris, vel etiam præteritis, si satisf. Etio non esset secuta, quæ censuræ tamen in *c. 5 §. caveant. de sent. excommunic.*

- 19 *munie in bro.* prohibentur. In specie autem dividitur Censura in Excommunicationem, Interdictum & Suspensionem, *per. c. 20. de V. S. Soto* quidem addit Cessationem à divinis & Irregularitatem, alii vero ad censuram etiam Depositionem ac Degradationem referunt, adeoque septem censuras constituunt. Sed communis Canonistarum sententia, præter istas tres, nullas alias admittit, partim quod in Jure Canonico, cum de censuris mentio fit, non nisi tres illæ species nominentur, videatur *cap. 1. c. Statut. 13. c. is cui. 20. de sentent. excomm. in bro.* atque *d. c. 20. de V. S.* partim etiam propter alias rationes adductas a *Laymann. cit. loc. c. 2. in prin. confer. Azpil. Navarr. cit. cap. 27. n. 1. Barbosa ad d. c. 20. Vallens. ad tit. de sentent. excomm. § 1. n. 3. Zesf. ad eundem tit. n. 28. atque Engel. in Colleg. Jur. Canon. cit. tit. 29. §. 1. n. ult.* qui duo insimul per rationes demonstrant, quod neque Irregularitas, neque Depositio, neque etiam Cessatio à divinis proprie ad censuras referri queant.
- 20 Et hoc etiam de Irregularitate in genere concedit, *Gonzal. Tellex. ad d. c. 20. de V. S.* cum non sit vinculum nec poena, sed inhabilitas potius & canonicum impedimentum, quandoque sine culpa contractum, *c. si quis viduam. 8. distinct. 50.* quo casu poena medicinalis vocari non potest, cum non ad sit opus peccaminosum, non obstante *c. nuper. 4. de Bigam. non ordin.* quia in eo. verbum censura sumitur pro rigore canonum, teste *Burr. ad dist. c. 20. de V. S.*
- 21 *S.* Quod vero Irregularitatem ex delicto natam concernit, eam censuram omnino constituere, eum allegatis vult *Gonzal. Tellex. cit. loc.* id quod tamen communiter negant Canonistæ, *ad d. c. 20. quorum rationes & fundamenta ipse quoque Gonzal. Tellex. cit. loc. recenset.* Est autem Excommunicatio, juxta *Laudel. lib. 4. Instit. tit. 12. §. 2.* a communione exclusio, quæ definitio tamen tanquam nomen generalis ad omnem societatem etiam mere civilem applicari potest, quare potius dicitur censura Ecclesiastica, per quam Christianus a communione Ecclesiæ separatur, vid. *Layman. Theol. moral. lib. 1. tract. 5. p. 2. c. 1. n. 1. Zesf. ad tit. de sentent. excomm. n. 29. atque Engel. in Colleg. Jur. Canon. lib. 6. tit. 29. §. 27.* vel per quam cujusvis particularis Ecclesiæ membrum ob scandalosum crimen in vita
- aut.

aut falsam fidei professionem suspenditur, vel etiam plane excluditur, a communione, tum interna, gratiæ scilicet spiritualis, tum externa, verbi nimirum & sacramentorum, nec non conversationis fraternæ, quæ Christianis, tanquam fratribus, etiam extra coetus sacros intercedit. Videatur *Hülsemann. de correct. fratern. §. 18. n. 131.* ex eoque *Dn. Ziegl. ad Lancel. lib. 4. tit. 12. circa fin.* Notanter vero mentionem fecimus communionis internæ contra *Martin. Appil.* qui in *Manual. c. 27. n. 2.* cum Canonistis tradit, Excommunicationem, etiamsi iusta sit, nihil operari quoad Ecclesiam triumphantem atque Deum. Dividitur in minorem & majorem, quibus speciebus *Marc. Anton. de Devin. lib. 5. de Republ. Eccl. c. 9. n. 12.* addit tertiam, illam scilicet, quæ non a perceptione Sacramentorum, sed solo consortio excludit, sed hanc subtractionem communis Christianorum beneficii non mediam quandam inter majorem & minorem, constituere speciem, optime deducit *Ziegl. ad Lancelot. lib. 4. tit. 13. §. 1.* Dicitur autem minor Excommunicatio, per quam quis à Sacramentorum participatione vel perceptione excluditur, juxta *v. penult. & de sentent. excommun.* non vero a communione verbum divinum audiendi, hac enim gratia etiam Catechumeni gaudent, etsi ad communionem Sacramentorum nondum admittantur. Major vero vocatur, quæ a communione quoque fidelium atque omnino suffragio totaliter aliquem separat, atque propterea quoque anathema vocatur, quod apud gentiles vocabatur res sacra, vel homo sacer, ad mitigandam & avertendam iram divinam vel propria voluntate, vel populi suffragio ad victimam destinatus, quare in sensu Ecclesiastico anathema excisioni atque æternæ damnationi obnoxium quid, insimulque hoc denotat, quod Excommunicatio major hoc modo obnoxium faciat damnationi reum, unde & jus divinum abscissionis, ejectionis & expurgationis vocabulo utitur. Quamvis *veste Cujac. atque Engel. in Colleg. Jur. Canon. lib. 6. tit. 29. n. 28.* Anathematissimus major videatur Excommunicatione. Add. *Ziegl. ad Lancel. d. tit. 13. §. 1. verb. Anathem. appellatur,* atque hæc Excommunicatio major, uti tempore Lutheri usu & exercitio Pontificiorum invaluerat, in articulis Schmalcaldicis vocatur pœna civilis, non

26 pertiōens ad ministros Ecclesiæ. Reprehendit quidem propterea Lutherum Didac. Covarruy. in relict. c. alma mater. 24. de sentent. excommun. in bro. vel ipsi tamen Pontificii negare nequeunt, Excommunicationem in ipsorum Ecclesiis terminos censuræ Ecclesiasticæ excessisse, atque hoc ipso in civilem degenerasse potnam, dum Pontifex per talem Excommunicationem omnia societatis humanæ viacula, quæ inter parentes & liberos, virum & uxorem, magistratum & subditos intercedunt, relaxat, cum tamen in sensu Ecclesiastico & genuino, Excommunicatio communione politica non privare, sed sacram tantum piorum conversationem prohibere possit, videtur Brunneinan. de Jur. Eccl. lib. 2. c. 19. num. 10. ibique Dn. Stryck. in not. atque Ziegl. ad Lancel. dict. tit. 13. §. 1. preprimis die Ehr-Jurist. Sächsische General. Articul. in quibus artic. 10. atque 11. de Banno Ecclesiastico præviis admonitionum gradibus, modo illud irrogandi, ejusque effectibus prolixius agitur, tandemque cavetur, daß die Person / so in die Excommunication erkannt / in die Pfarre = Kirchen / dahin sie gehörig / öffentlich vorgestellt / und nach Verlesung der Sentenz, durch das Volk / aus der Kirchen / per custodem geführet / von den Gerichts = Herrn aber anbefohlen werden soll / daß sich die ausgeschlossene Person aller Hochzeit / ehrllicher Gesellschaft und Gewerb enthalten / keiner auch mit derselben in ehrllicher Versammlung Zehen halten soll ; doch wird solcher Person ihre Handthierung mit Kauffen und Verkauffen nicht abgestrichet / confer Stephan. de Jurisd. lib. 4. c. 2. n. 37. & seq. atque Henric. Gebhard. alias Wesener dictus de potest. sine regim. Eccl. sub resol. §. 5. n. 40. ubi hæc tenet dicta confirmat atque ulterius deducit, quod Excommunicatio Principibus administrationem Reipublicæ haud magis aufserre possit, quam privato rerum suarum dominium. Interdictum est censura ecclesiastica in locum quendam, vel personas plures prolata, prohibens, ne Sacramenta divina, officia & sepultura ministrentur, vid. Layman. Theol. moral. lib. 1. rr. 5. p. 4. c. 1. atque Engel. lib. 6. Colleg. Jur. Canon. tit. 9. n. 82. Dividitur in locale, quod immediate locum afficit, personale, quod concernit personas, prohibendo, ne sacris participent, atque mixtum, quan-

quando & locus & universitas in interdictō conjunguntur. Utrum-29
 que locale scil. & personale iterum subdividitur in generale & speci-
 ale, ut locale generale interdictum sit, quando regnum & provin-
 cia, castrum aut villa, sicque locus, quem plures inhabitant, inter-
 dicitur: locale speciale vero vocetur, quo particularis locus sa-
 cer vel certa Ecclesia aut capella interdicitur, inter quæ duo in-
 terdicta hæc intercedit differentia, quod in locali generali etiam
 suburbia comprehendantur, sub interdicto vero locali speciali non
 nisi cæmeteria vel capella vicina, quæ contigua est, veniant. *cap.*
 17. *de sentent. excommun. in bro.* Consimili modo interdictum 30
 personale generale vocatur, quod fertur in totam communionem,
 collegium & populum, quo tamen non censetur interdictus Cle-
 rus, sicut nec vice versa interdicto Clero intelligitur interdictus po-
 pulus, c. 16. *de sentent. excommun. in bro.* Interdictum autem 31
 personale speciale, sive particulare, dicitur, quod non in commu-
 nionem qua talem, sed in plures personas, vel propter delicta, vel
 etiam propter culpam decernitur, cujus varias recensent causas,
 utputa, si feratur consilium aut auxilium ad capiendum Cardina-
 lem vel Episcopum *per c. 5. de pen. in bro.* si Ecclesiastici contra
 immunitatem oneribus graventur, c. 4. *de cens. in bro.* Si re-
 pressalia contra Ecclesiasticos concedatur, c. un. *de injuriis bro.*
 de cæteris casibus, ut & de personis interdictum ferentibus, de ejus-
 dem subjecto passivo, effectibus, modis, quibus tollitur & relaxa-
 tur, atque violatione, ejusque poenis prolixius videri potest *Lay-*
mann. cit. p. 4. per tor. Cum hoc interdicto similitudinem habet 32
 Cessatio a divinis, perquam suspenduntur divina officia propter in-
 juriam Ecclesiæ illatam, ut injuriantes ea commoti respiciant, at-
 que delictum emendent. Differt hæc Cessatio ad Interdicto, quod
 non afficiat personas, sed tantum locum, ut extra eum liceat cui-
 vis divina audire. Plura vid. in *Clem. 1. § quod etiam in interdictis.*
de sentent. excommun. Layman. d. p. 4. c. 6. per tor. Engel. cit. tit. 29.
n. 101. § 102. Hæc tamen cessatio a divinis censura non est, ut de-
 monstrant *Engel. cit. tit. 29. n. 261.* atque *Zaf. ad tit. de sentent. ex-*
commun. n. 28. circa fin. Injustitiam hujus Interdicti prolixius de- 33

monstrat *Marc. Anton. de Domin. de Republ. Eccl. lib. 5. c. 9. n. 38.*
 atque seqq. Totum enim est ex jure Pontificis positivo equo re-
 centiori, atque ut plurimum detestandam continet tyrannidem, cum
 propter paucos immergeros tot animæ innocentes puniantur; Qua-
 re cum usitatum haud fuerit in primitiva Ecclesia, id ipsum cum
 suis decisionibus reprobat *Marc. Anton. de Domin. cit. loc.* Ex ea-
 que ratione nostrates Ecclesiæ tale censuræ genus ignorant. *Add.*
Schiltner. Inst. Jur. Canon. lib. 2. tit. 5. §. 4. ubi deducit, quod ejus-
 modi potestas Ecclesiæ in Principem, & Rempubicam non compe-
 tat. Alia contra hoc Interdictum facientia proponit. *Ziegl. ad*
Lancel. lib. 4. tit. 14. per. tot. cui suffragatur *Brunnem. lib. 2. ad quem*
 34 *Dr. Stryck,* formulam interdicti contra Civitatem Francofurtanam
 ad Viadrum quondam promulgati recenset. Suspendio denique est
 censura Ecclesiastica, per quam persona Ecclesiastica impeditur uti
 potestate aut jure Ecclesiastico. *Martin. Arpile. Navarr. cit. cap. 27.*
n. 151. Løyman. d. tract. 5. p. 3. cap. 1. Zof. ad tit. 2. de sement. ex-
commun. n. 113. sive est censura, qua clerico ob delictum inhibetur
 à jure vel a judice exercitium ordinis, officii vel beneficii sui Ecclesi-
 astici, sive in totum, sive in partem, *Ziegl. ad Lancel. lib. 4. Instit.*
 35 *tit. 15. §. 1.* Ut plurimum fieri solet ad tempus aliquod definitum,
 si vero in perpetuum fiat, parum distat a Depositione, quod etiam
 agnoscit *Zof. ad tit. 2. de pen. n. 6. Carpzov. lib. 3. definit. Eccles.*
109. n. 15. sicut etiam in poenam vindicativam transit atque medici-
 nalis aut censuræ nomen non amplius meretur, quando in partem
 criminis vindictam imponitur, quo respectu tolerari potest, quod
Carpz. cit. lib. 3. defin. Eccl. 115. n. 1. Suspendionem æque poenam ac
 carcerem & remotionem esse dicat, quamvis postmodum *n. 5. & 6.*
 confiscatur, quod Suspendio sæpius sit medium & preparatio ad in-
 quisitionem, si Ministri Ecclesiæ atrocioris delicti sint inculpati,
 quocumque autem modo imponatur, dignitas quidem sine exercitio
 functionis retinetur, quamvis existimationem apud vulgum non
 parum minuat, teste *Carpzov. lib. 3. def. Eccles. 114. n. 3. & 4.*
 Plura de hac Suspendione *vid. apud Marc. Anton. de Domin. de Re-*
publ. Eccl. lib. 5. cap. 9. n. 36. Løyman. cit. tract. 5. p. 3. per tot. Zof. ad
tit.



rit. & de sentent. excommuni. n. 13. & seq. Ad nostras Ecclesias hæc
 in materia spectantia proponunt *Carpx. d. l. 3. def. Eccles. n. 4. & seq.*
Brunnem. lib. 2. de jur. Eccles. c. 19. n. 5. atque Schilter. Inst. Jur. Ca-
non. lib. 1. tit. 18. §. 6. & seqq. Reinking. de Reg. Secul. & Eccl. lib. 3. c. l.
2. c. 2. n. 16. seqq. Species Suspensionis quandoque est prohibitio ac
 interdictio suggesti, si scilicet ad tempus fiat, quæ tamen neuti-
 quam Patrono, qui facultate disponendi de rebus Ecclesiasticis destituitur,
 sed Episcopo competit, si sufficiens adsit causa, vid. *Carpx. lib. 1. def.*
Eccl. 70. atque hæc de pœna medicinali sufficiant, de qua *Concil.*
Trident. mandat, ne iudices Ecclesiastici in illa ferenda sint faciles,
 nisi alio modo destituantur, cum experientia doceat, censuras Ec-
 clesiasticas levibus de causis latas contemni potius, quam observari,
Vid. Concil. Trident. sess. 25. de Reformat. c. 3. Sequitur jam vindi-
 cativa, de qua ex hæcenus dictis facili negotio constat. Omnes
 siquidem pœnæ, quæ sub medicinali prædicto modo non compre-
 henduntur, vindicativæ sunt, quales sunt pœna pecuniaria, subtra-
 ctio fructuum beneficialium, castigatio corporalis, exilium & relega-
 tio, detrusio in Monasterium, translocatio, depositio & degrada-
 tio, denique carceris pœna cum & sine Carena, quæ omnes ita com-
 paratæ sunt, ut partim Clericis & Laicis sint communes, ut puta
 multa, castigatio, exilium, detrusio in Monasterium, carcer, &
 carena, partim Clericis peculiare & propriæ, ut subtractio fructu-
 um, translocatio, depositio & degradatio. De omnibus *Vallens. 38.*
ad tit. & de pen. §. 3. n. ult. subsequens proponit iudicium, quod
 ubicunque fere locorum ex praxi factæ sint arbitrariæ, ut iudex eas
 possit moderari pro varietate & circumstantiis delictorum, locorum
 & personarum, quod tamen non nisi sano sensu, & quidem eo casu,
 ubi delictis Clericorum certa atque determinata pœna imposta
 hæc est, procedere potest, nisi tales in facto delicti concurrant
 circumstantiæ, quæ delictum minuunt. *Vid. Engel. in Colleg. Jur. 32.*
Canon. l. 6. tit. 27. n. 4. Prima ergo pœna vindicativa est pecuniaria,
 alias multa dicta, quæ decernitur imprimis adversus Clericos
 majoris dignitatis atque totum Collegium delinquens, c. 1. & de
 dol. conf. c. 2. & 3. & de pen. non tamen nisi jure permittente, ne vi-
 dea-

- 40 deatur prodire à radice avaritiæ. *Gloss. ad d. c. 3.* Hinc quaeritur, cui applicanda veniat illa multa pecuniaria? *Resp. in c. 2. ❁ de pœn.* quod pro parte in utilitatem Ecclesiæ, pro parte vero in Eleemolynas convertenda, neuiquam vero in usus proprios Magistratus Ecclesiastici reservanda sit, qua moderatione præsupposita, Episcopus vel alius iudex Ecclesiasticus hanc multam recte imponere potest, ut contra dissentientes deducit *Gonzal. Tellex ad d. c. 3. ❁ de pœn. n. 2.* atque probat *Concil. Trident. Sess. 25. de Reformat. c. 3. Confer. Zoes. ad tit. ❁ de pœn. n. 4. Weber equidem in tract. de jur. Conssl. c. 29.* multas has secundum Constitutiones Elect. Saxon. filco, secundum Constat. Inferioris Saxonix autem pro dimidia parte filco, & pro dimidia Consistorio assignat, sed in magna, in qua nunc versantur paupertate, *Brunnem. lib. 2. Jur. Eccl. c. 19. n. 2.* probat divisionem *d. c. 2. ❁ de pœn.* pariterque taxat frequentiores pœnas pecuniarias Academicarum. *Jung. Dn. Stryck. in not. ad d. l. ubi comminationem remotionis ab officio Ecclesiarum ministros melius & magis, quam multam pecuniariam, ad officium debite peragendum hæctenus reduxisse tradit.* Altera est Subtractio fructuum beneficiorum, quando Clerici beneficiati delinquant, cui in nostris Ecclesiis in eo correspondet Suspendio, quatenus & suspensio salario suo ut plurimum privantur, idque interim vicinis vel Collegis, quibus administratio officii committitur, assignatur, *Carpz. lib. 3. defin. Eccl. n. 10. Brunnem. cit. cap. 19. n. 7.* ibique *Dn. Stryck. in not. qui fratris sui Dn. Frideri. Stryckii dissert. de decret. interimist.* atque *Styppmann. tract. de salar. Cleric.* hanc in rem laudat; Extra hunc casum tamen fructus loco pœnæ Clericis subtractos neque sibi neque suis officialibus applicare debet Episcopus, sed inter pia loca atque pauperes distribuere, ne videatur ex aliorum delicto lucrum effectare, *arg. d. c. 2. Concil. Trident. d. c. 3. atque sess. 23. de reformat. c. 1.*
- 42 Tertia est Verberatio seu castigatio corporalis, quæ tamen modica & talis esse debet, ut non transeat in pœnam sanguinis, *c. 1. ❁ de calumniat. c. 2. ❁ de adulter. atque c. 4. ❁ de raptor.* Castigationi ut plurimum coheret quarto Exilium & relegatio, *juxta d. c. 1. ❁ de calumniat. atque c. 11. ❁ de Privil.* ita quidem, ut Episcopus

pus possit relegare ex Diocesi, Archi-Episcopus vero ex tota provincia, *Vallesj. ad tit. de poen. §. 4. n. 2. Engel. cit. lib. 6. tit. 27. n. 10.* Utraque tamen in nostris Consistoriis vix occurrit aut imponi potest, cum illis non nisi iurisdicção bassa seu inferior competat, prout in antecedentibus demonstravimus, virgarum tamen censionem privatam impuberibus præcipue pro ratione circumstantiarum etiam in Consistoriis dictari posse, nulli dubitamus. *Quinta est Detrusio* 44
in Monasterium arctum ad poenitentiam peragendam, quæ jure civili Justiniano in *Novell. 124. c. 10. Authent. sed bodie. Cod. ad L. Jul. de adult.* imponitur foeminis adulteris; de Jure Canonico vero, propter atrocium delictum, quandoque superadditur depositioni, poenitentia peragenda causa, *per c. 5. de poen.* ita ut quandoque ad tempus, aliquando vero in perpetuum fiat, quamvis ita detrusi veri Monarchi non efficiantur, sed in monasterio, tanquam carcere teneantur, ut exire nequeant, atque rigore monastica disciplina etiam quoad exercitia graviora monastica coerceantur, ut ex allegatis pluribus deducit *Gonyal. Tellex. ad c. 1. de regular. n. 10. per tot.* Alimenta ita detrusis vel ex beneficiis suis, vel ab Episcopo debentur, si sint pauperes, *c. de lapsis 5. caus. 16. quest. 6.* Sed hisce temporibus hanc detrusionem in monasterium vix in usu esse dicit *Vallesj. ad tit. de sentent. excommun. §. ult. num. 6.* cum monasteria tales recipere recusent, nec etiam ab Episcopo, ut recipiantur, cogi possint, cum pleraque a iurisdictione ejusdem exempta sint, id quod in nostris Ecclesiis, in quibus vota monastica cæteroquin libera sunt, atque monachi monasterio perpetuo adstricti non dantur, extra omne dubium est, confer *Ziegl. lib. 1. Inst. Jur. Canon. tit. 19. §. 8. in verb. ad Monachalem &c.* *Sexto* ad removendum scandalum, & ne 46
Clericus per depositionem ad incitas redigatur, sapius poenæ vindicativæ loco adhiberi solet Translocatio, de cujus iustitia agit *Carpx. lib. 3. def. Eccl. 118.* Simile quid fuit in veteri Ecclesia Communio peregrina; h. e. poena Episcopo ex heredi ad orthodoxiam redeunti imposita, qua non ab ordine depositus, sed ad Presbyteros mandatus fuit, *refse Schilter. Inst. Jur. Canon. lib. 1. tit. 18. §. 5.* Quamvis autem hæc translocatio ob diminutionem salarii & dignitatis in-

tervenientem non parum poenae contineat; attamen non nisi eo in casu cum fructu & secure adhiberi poterit, quo Clerici continuas inter Collegas alunt discordias, ut per translocationem ad paganam Ecclesiam, Collega destitutam, ansa rixarum adimatur. Haecque translocatio non solum in ministris primariis, sed etiam secundariis, v. g. Organistis, Aedituis, aliisque locum habet. *Carpz. c. l. def. 124.* Quod si vero minister Ecclesiae ob alia vitia translocandus sit, ipsi sine dubio non nisi ulterior occasio peccandi dabitur, quare hoc posteriori casu translocationi suspensionem praefendam esse, non immerito censet *Dn. Stryck. ad Brunnem. Jus Eccl. cit. c. 19. §. 3. verb. transloc.* usque dum ad sanioerem iterum delinquens Clericus redierit mentem. *Septima* est Depositio tum verbalis, tum actualis, sive realis, quae communiter Degradatio appellatur. Depositio verbalis, κατὰ ἐξοχήν Remotio dicta, est, quando functione sacra privantur Clerici, c. 29. c. tam. *l. i. c. 33. de restit. c. cum olim 18. de pr. script. Weber. de Jur. Consistor. c. 29. Zesl. ad tit. de poen.* Merentur illam condemnati ob crimem atrocius, haeresim, apostasiam, homicidium, perjurium, stuprum, sive sint Clerici majorum sive minorum Ordinum; hinc etiam penes Nos ad Scholarem Magistros & Custodes extenditur, videatur *Carpzov. lib. 3. def. Eccl. 119. & seqq.* locumque habet, sive Iudex Ecclesiasticus ex officio inquisitione procedat, sive etiam ad accusationem institutam, *respe Schilker. Inst. Jur. Canon. lib. 1. tit. 18. §. 12.* ubi in simul ex responsi. *Consist. Lipsi.* modum procedendi per accusationem demonstrat, praemitti tamen debent gradus admonitionum, extra casum.

48 *criminis atrocioris, Carpz. cit. lib. 3. def. Eccl. 112.* Effectus ejus consistit in privatione ministerii Ecclesiastici, non vero in privatione Ordinis; hinc per Depositionem non amittitur privilegium Clericale sive fori, neque etiam character, quia est indelebilis, unde post peractum poenitentiam cum deposito Clerico etiam Episcopus dispensare, eumque ordini suo restituere potest, *Engel. in Colleg. Jur. Canon. lib. 6. tit. 27. n. 11.* Plura de hac depotione vid. apud *Carpz. lib. 3. def. Eccl. 109. & seqq.* ubi inter alia quoque tradit, quod Remotio pertineat ad Consistoria, non vero ad Magistratum Politicum

cum sive Patronum, item quod eandem accurata causæ cognitio
 præcedere debeat. Realis Deposito, Degradatio vocata, est per
 petua Clericalis muneris privatio, facta per sententiam præcedentem, 49
 quam *Vallens* ad tit. *de sentent. excommun.* §. 14. n. 4. nominat
 Depositionem respectivam, *Layman*, vero lib. 1. *Theol. Moral. tract.*
 5. p. 3. c. 5. n. 4. Degradationem verbalem. Consentit *Menoch* lib. 2.
arbitr. jud. quest. cas. 415, n. 6. Degradationem siquidem præcedit,
 tanquam sententia executionem. Solemnia hujus degradationis ha-
 bentur in c. 2. *de poen. in bro.* atque enumerantur ab *Engel* lib. 6.
Jur. Can. tit. 27. n. 12. *Menoch* cit. loc. num. 8. *Layman* subinde alleg.
tract. 5. p. 3. c. 5. n. 4. atque *Gonzal. Tellex.* ad c. 10. *de judic. n. 14.*
 ea perfecte traditur degradatus judici seculari, ut ab eo puniatur, per 50
 d. c. 10. *de judic.* ita tamen, ut pro degradato, uti jam supra data
 occasione monuimus, Ecclesia intercedat, ne mortem patiatur, per
 c. 27. *de V. S.* ubi quidem additur verbum efficaciter, ex
 quo fluere videtur, quod pro reo Ecclesia ita intercedere debeat, ut
 mortis poenam effugiat. sed verbo hoc non tam denotatur, quod E-
 piscopus sit obligatus, ut rem quovis modo a poena liberet, alia
 enim in enormibus criminibus frustranea esset hæc traditio, quam
 hoc solummodo indicatur, quod serio & ferventer intercessionem
 suam facere debeat ad ostendendam mansuetudinem Ecclesiasticam,
 & ne videatur mortem degradati desiderare, *Engel* cit. tit. 27. n. 14.
 Hæc Degradatio & subsequens traditio etiam uti nostrarum Eccle-
 siarum approbata est. Putat quidem *Carpz.* lib. 3. *de fin. Eccl.* 117. n. 51
 9. inter Augustinæ Confessioni addictos nullam peculiarem solen-
 nitatem in degradatione adhiberi, meminimus tamen casuum, alios-
 que adducit *Dn. Stryck.* ad *Brunnem.* *Jus Eccl.* lib. 2. c. 19. n. 4. ad verb.
 per actualem. quibus, ante ultimum supplicium, Ministris Ecclesiæ
 irrogandum, primum habites Clericalis ipsis solenniter per viliores
 Ecclesiæ ministros adeptus est, quod quidem præcise necessitatis
 non est, conducit tamen ad dignitatem ordinis Clericalis apud ple-
 bem illibatam conservandam, atque ad demonstrationem, quod per
 degradationem omnes immunitates ac privilegia Clericalia adempta
 sint. *Ultima* tandem est nostra Carceris poena cum & sine 52
 Carena

Carena, ad cuius specialiorum tractationem jam progressum facturi sumus.

CAPUT II.

- ¹ **P**ergimus ergo ad Clericorum incarcerationem, quam comprobabat *Bonifac. in c. 8. de offic. ordin. in 6to. atque in c. 3. de pen. in 6to.* cuius hæc sunt verba : *Quamvis ad reorum custodiam non ad pœnam carcer specialiter deputatus esse noscatur, Nos tamen non improbamus, si subiectos tibi Clericos confessos de criminibus, seu convictos (eorum excessibus & personis caterisque circumstantiis provida deliberatione pensatis) in perpetuum vel ad tempus, prout videris expedire, carceri mancipes ad penitentiam peragendam.* Olim loca, in quibus hæc Clericorum incarcerationio peragebatur, vocabantur peculiari nomine *Diaconica*, vel etiam *Decanica*, per l. 30. *C. Theodof. de Heretic.* Male ergo *Balsam.* *Diaconicum* accipit pro munere & officio *Diaconi*, pejus alii pro *Altari Diaconorum* interpretantur, aut pro choro psallentium Clericorum, sive loco Clericis assignato. Rectius *Diaconica*, quæ neque *Ecclesiæ* propriæ erant, neque etiam *Ecclesiæ* pars, vocantur loca *Ecclesiis* junctæ, quæ alias *Secretaria* dicuntur, in quibus vasa vestesque ac aliæ res sacris destinatæ usibus asservantur, insimulque carceris & custodiæ *Ecclesiasticæ* quandoque præbent usum. Vid. *Gallorum JCtus Jacob. Gothofred. ad d. l. 30. C. Theod. de hered. Gonzal. Tellez. ad c. 27. de V. S. ibique allegata l. 3. C. de Heret. Novell. 79. c. 3. ibique Gothofred.* Germanice Carcer præcipue temporalis honestiori vocabulo dicitur *der Priesterliche Gehorsam* / atque describitur, quod sit locus securus non solum ad custodiam & detentionem, sed etiam ad pœnam Clericorum delinquentium constitutus ac destinatus. Dividitur in temporalem & perpetuum, per d. c. 3. *de pen. in 6to.* Ille quidem de jure civili non fuit constitutus ad pœnam, sed tantum ad continendos homines, atque ad custodiam l. 8. §. 9. ff. *de pen. ut propterea sine gravi afflictione, ne squalore carceris pereant, reos incarcerationis esse jubeat Imperator in l. 1. Cod. de custod. reor.* Quia tamen etiam de jure civili minoribus supplicii vincula annumerantur, *Paulus lib. 5. sentent. 17. et l. 7. ff. de pen. insimulque damnatorum in vincula passim occurrunt exempla in l. 1. §. ult. ff. de*
- ²
- ³
- ⁴

ff. de aleator. l. 3. §. 16. ff. de suspect. tutor. l. 28. §. 7. de pœn. & l. 8. §. ult. eodem vid. Anton. Matth. de crimin. lib. 48. tit. 18. c. 1. n. 13. ut adeo ad minimum respectu patientis pro pœna habeatur carcer, juxta l. 3. ff. l. 1. & 2. C. de custod. reor. postmodum quoque Jure Canonico & Moribus invaluit, ut & quoad intentionem Magistratus pœnam constituat, atque propter excessus leviores Clericis & Laicis imponatur, hocque confirmat Ord. Crim. Carol. V. art. 157. in verb. soll mit dem Kercker gestraffet werden / & art. 216. der soll im Kercker also lang gestraffet werden. Incarceratio vero perpetua æquiparatur supplicio capitali, vix enim est, ut non pro mortuo habendus sit, qui vivus aera vitali caret, atque perpetuo squalore carceris quotidie enecatur, Anton. Matth. de crim. cit. tit. 18. num. 13. Vocatur alias a Paul. Lancelor. lib. 1. Inst. Jur. Canon. tit. 20. perpetua immuratio, atque pœnæ loco decernitur Clericis in Hæresin lapsis a Gregorio IX. in cap. 1. de her. in 6to. qui eos vel curiæ seculari tradendos vel etiam perpetuo immurandos, i. e. muris includendos esse censet, vid. Dn. Ziegl. ad Lancel. cit. loc. §. 4. Atque ex his insinuat, quænam sit Causa Efficiens remota incarcerationis, scil. Jus Civile, quod eam introduxit ad custodiam. Videatur d. text. atque l. 2. C. d. custod. reor. l. 9. C. de Episcop. audient. l. 33. ff. de pœn. Habn. ad Wesenb. tit. de pœn. n. 4. atque Jus Canonicum, quod ipsam in tantum extendit, ut pœnam quoque incarcerationis perpetuæ probaverit, prout ex cit. c. 3. de pœn. in 6to. aliisque text. liquet. Jus equidem civile pœnam hanc reprobabat in l. 8. §. 9. ff. de pœn. atque l. 6. Cod. eod. quare ad accelerandam carceratorum sententiam adversus carcerum diuturnitatem constituit Theod. Mag. in l. 5. C. de custod. reor. ut commentariensis 30. quoque die judici insinuet numerum, varietatem ordinem & ætatem incarceratedorum. Sed ne judices Ecclesiastici semper opus habeant condemnatos seculari curiæ tradere, favore Clericorum delinquentes perpetuo potius carceri mancipare maluerunt, quam vita privare, ut hoc modo e numero viventium exturbentur, quibus in carcere moriendum est. Vid. Panormit. ad c. a nobis 5. de sentent. excommun. Engel. lib. 6. Jur. Canon. tit. 27. n. 7. Ziegl. cit. loc. atque Brunnem. lib. 2. Jur. Eccles. c. 19. ibique Dn. Stryk. in not. Hacque perpetua incarcerationis

ratio etiam in Laicis usitata legitur apud *Farinac. prax. crim. quest. 19. n. 31. Carpy. p. 4. c. 9. d. 6. nec non in prax. crim. p. 3. q. 111. n. 56. & seqq. confer Ord. Crimin. art. 101. in princ. Causa Efficiens Proxima est delictum*, ob quod iudex Ecclesiasticus incarcerationem hanc Clericorum peragit. Est autem iudex Ecclesiasticus de Jure Canonico vel Episcopus, vel etiam alius Prælatus, qui vi juris Episcopalis, cujus quatuor recensentur capita; *Ordo* nimirum, *Lex Diocesana*, *Jurisdictio*, *Status & Dignitas*, *Carpy. lib. 1. de fin. Eccl. 4. n. 2. & quidem in specie propter caput jurisdictionis hanc poenam Clericis imponit. Laur. Ohm. de jur. Episc. §. 18. lit. G. Penes Nos vero decernunt hanc*

10 *pœnam Princeps & Superiores, qui non solum in secularibus in partem sollicitudinis Imperialis assenti, sed etiam in Ecclesiasticis in territorii suis non tam Episcopis quam ipsi quo Pontifici æquiparati sunt propter jurisdictionem Ecclesiasticam cum omnibus suis speciebus contra August. Confess. Status omnes, comprehensa quoque libera Imperii Nobilitate, usque ad compositionem Christianam dissidii Religionis suspensam. Videatur Pacif. Delig. atque Instrum.*

11 *Cæs. Svec. artic. 5. Hinc Status Evangelici jura Episcopalia exercent vel per Consistoria, quæ propterea sunt constituta ut controversiæ Ecclesiasticæ per nonnullos Consiliarios & personas Ecclesiasticas, Consistorialium nomine denotatas, terminentur, ne in Cancellariis & judiciis secularibus cum secularibus negotiis causæ spirituales sive Ecclesiasticæ commisceantur. Matth. Stephan. de Jurisd. lib. 3. p. 1. c. 1. n. 16. Reinking. de R. S. & E. lib. 3. class. 1. c. 10. n. 7. Besold. in Thef. Pract. verb. Consistorium. Cothman. 2. conf. 64. n. 63. & seqq. aut,*

12 *ubi non est Consistorium certum constitutum, per Consiliarios ad hoc deputatos, quæ judicia Ecclesiastica, quotuncque etiam ordinata sive firmo, poenam nostris Clericis optimo imponunt jure. Ordin. Eccl. Elect. Saxon. sub. tit. Von beyden Consistoriis zu Leipzig und Wittenberg. c. 10. Was für Straffen das Consistorium und desselben Assessores zu erkennen und zu gebrauchen haben sollen / S. Dann / ob sie wohl ihr Erkänntniß / S. So sollen sie doch nichts desto weniger zu Erhaltung Christlicher Zucht auff civiles poenas, nemlich Geld & Straffen / applicandas Fisco, als den gemeinen Kästen / auch Befängniß zu sprechen / hiemit Gewalt und Macht haben.*

SUB-

SUBJECTUM nostræ incarcerationis sunt Clerici delinquentes. Clericorum quidem nomine in genere omnes Christiani veniunt, qui sunt lecti per Christum ad occupandum κληρον τῶν ἀγίων, videatur 1. Petr. 5. vers. 3. Speciatim tamen, qui ad sacra ministeria seu functiones Ecclesiasticas ab Ecclesia constituuntur, dicuntur Clerici ἀπό τῶν κληρῶν i. e. a fortitione, quod per eam in fortem Domini electi sint, alias Ministri Ecclesiæ, German. Geistliche vocantur, videatur can. 7. caus. 12. quest. 1. Dividuntur a Canonistis in Regulares sive religiosos, qui alias Monachi vocantur, atque vivunt sub inspectione Abbatum & Præpositorum. Videatur Gebhard. alias Wesen. dicto de regim. & potest. Eccl. sub resolut. s. 17. n. 241. 237. seqq. Engel lib. 1. Coll. 7. C. tit. 21. §. 1. n. 15. & Clericos in specie dictos, qui vel iterum in Sacerdotio & in sacris, vel extra Sacerdotium & sacra, sive, quod eodem recidit, vel in Ordinibus Majoribus, vel in Minoribus sunt. In Ordinibus Majoribus sunt Episcopi, qui secundum nunquos separatim a Presbytero constituunt ordinem, secundum alios vero essentialiter a Presbyteris non differunt. Engel in Colleg. Jur. Canon. lib. 1. tit. 1. §. 2. num. 4. Layman. Theol. moral. lib. 5. tract. 9. cap. 3. n. 4. seqq. Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi. Nonnulli quidem, præmissis Theologi Pontificii, Episcoporum extra Ordines hoc esse dicunt. obtinuit tamen sententia contraria, quam probat Succob. Inst. Jur. Canon. lib. 1. tit. 3. In Minoribus Ordinibus constituti sunt Acoluti, Exorcistæ, Lectores, Ostiarii. Acolutus est is, ad quem præparatio luminum pertinet, & qui cereum deferre debet, qui que suggesta pro Eucharistia Subdiaconis præparat. Exorcista est, qui exorcismos recitare, manusque energumenis & catechumenis exorcitando imponere debet. Lectoris, qui sacras scripturas populis prælegit. Ostiarius, qui claudit & aperit templum DEI, & omnia, quæ sunt intus extraque, custodit, fideles recipit, excommunicatos & infideles provido iudicio repellit. Præter hosce Clericos datur etiam tertium hominum genus, quos nonnulli quasi Religiosos & quasi Clericos nominant, quales sunt sacri Ordinis milites, ut puta Teutonici, Rhodii seu Melitenses, aliive similes, quibus præest Ordinis Magister, vid. Genyal. Tellez. ad c. 18. & de Simon. n. 8. ubi allegat Martin. qui ex sententia Theologorum, Pontifici Equi-

tes hos Religiosos esse negat. Præterea dantur venerabilium atque
 piorum locorum Administratores, Oeconomi, Advocari ac De-
 fensores Ecclesiæ, Vice Domini & majores Domus, Parabolani, qua-
 les sunt, qui Medicæ artis peritia instructi, curam pauperum ægrotan-
 tium in Nosocomiis suscipiunt, Copiata, qui sine mercede lugentium
 mortuos sepeliunt, alii ve plures, de quibus Gebhard. alias Wesen. dictus,
 in cit. tract. sub resolut. §. 18. n. 252. atque Schilter Inst. Jur. Canon. l. tit. 10.
 §. 7. seqq. Posterioribus in nostris Ecclesiis æquiparari possunt
 Præfati ærarii Ecclesiastici, Curatores ac Inspectores templorum, alio-
 rumq; locorum piorū. Vid. can. 1. dist. 12. atque post alios Canonistas, qui
 de his Clericorum ordinibus prolixius agunt, Dan. Venat. in Anals. Jur.
 Pontif. ad tit. de tempor. ordin. Gebhard. alias Wesen. incit. tract. sub resolu-
 ti. §. 12. n. 112. & seqq. Marc. Anton. de Domin. de Republ. Eccles. lib. 2. c. 3. &
 4. Canis. in summ. Jur. Canon. lib. 1. tit. 21. n. ult. atque Engel. lib. 1. Colleg.
 Jur. Canon. tit. 38. circ. fin. qui circa has Clericorum distinctiones &
 subaltationes hodie consuetudines Ecclesiarum inspiciendas esse di-
 cunt, cum juxta illas & nomina & officia hodie variant. In nostris
 18 Ecclesiis dividuntur Clerici in Primarios & Secundarios, Primarii
 sunt Superintendentes, qui & Inspectores, Episcopi & quandoque Præ-
 positi dicuntur. Rittershuf. in Novell. p. 1. cap. 7. n. 10. Reinking.
 de Reg. Secul. & Eccl. lib. 3. class. 2. cap. 3. n. 17. Pastores, Diaconi
 vel Archidiaconi, ultra quorum nomina in nostris Ecclesiis vix alia
 sunt nota. Sub secundariis continentur Cantores, Aeditui, Organi-
 ci, Præceptores ac Præceptrices Scholarum. Videatur artic. general. E-
 lect. Saxon. 40. §. Mit der Diehnt in verb. Dann/wilt solche Per-
 sonen zum Kirchendienst beschieden und verordnet sind / §. als auch
 die Stücker / vers. damit nun an Kirchendienst kein Mangel sey /
 so lassen wir hiermit nach / daß die Kirchner / &c. & Ordinat. Eccles.
 19 passim, Corvin. ad Jus Canon. lib. 1. tit. 2. 3. Hicque Clerici omnes
 pœnæ nostræ subjacent, in tantum, ut & illi, qui in majori dignitate
 constituti sunt, incarcerari queant, si atrociora commiserint delicta,
 ob quæ vel curiæ seculari tradi, vel etiam perpetuis carceribus man-
 cipari possunt. Plura huc facientia proponunt Farinae in prax. Cri-
 min. quest. 27. n. 73. & seqq. Theodor. in Colleg. Crim. cap. 4. aph. 10. atq;
 Carp. Prax. Crimin. qu. I. 1. num. 44. & seqq.

OBJECTUM sunt vel delicta Clericorum, vel etiam de-
 bita civilia ex contractu. Delicta ita dividi possunt, quod aut prin-
 cipaliter offendant Divinam Majestatem, ut Simonia, Hæresis, Schis-
 ma, Apostasia, Blasphemia, Sortilegium, aut læsionem vel damnum
 inferant proximo, ut Homicidium, Furtum, Rapina, Adulterium,
 Stuprum, Incestus, Raptus, Injuria. Interque ea iterum alia sunt
 mere Ecclesiastica, alia mere secularia, alia mixta. Mere Ecclesia- 21
 ffica, de quibus judex Ecclesiasticus solus judicat, ut Hæresis, Vio-
 latio Censuræ Ecclesiasticæ, Sacrilegium, *Abbas & alii in c. 8. de
 for. competent.* Mere secularia sunt, de quibus, si a Laicis commit-
 tuntur, soli judices seculares cognoscunt, ut Homicidium, Furtum,
 Rapina. Mixta sunt, de quibus, si Laici illa Crimina committunt,
 tam Ecclesiasticus quam secularis judex cognitionem institueret pot-
 est, e. g. Adulterium, Sodomia, *Jul. Clar. in Pract. Crimin. §. fin.
 quest. 37.* Et licet Jus Canonicum poenarum atrocitatem exhorre-
 at, præsertim, quibus de sanguine & vita hominis agitur, tamen ut 22
 mali coërceantur, & boni inter malos quieti vivant, præter alias *in
 c. priori* relatas poenas nostram quoque recepit incarcerationem,
 sive ex delicto agatur civiliter, sive criminaliter. Licet enim con-
 tra Clericum de delicto suspectum sit magis temperate & cum ma-
 jori deliberatione procedendum ad capturam, quam contra Laicum,
 ne Magistratus incarcerans incidat in poenam excommunicationis,
 per tradita *Clar. in pract. §. fin. quest. 28. n. 5. & 6.* Ubi tamen de de-
 licto constat ac legitima præcesserunt indicia; Clericus quoque a suo 23
 judice Ecclesiastico tum poenæ, tum etiam custodiæ loco carcere,
 constringi potest. Et quidem poenæ loco, si delictum sit levius,
 quod non meretur remotionem, vel si gradus admonitionum (quæ
 nihil aliud sunt, quam amicæ correctiones & adhortationes & de-
 commendatione navorum ac dissolutæ vitæ, ne inauditi condemnen-
 tur, *Matth. 18. vers. 15. can. petimus. caus. 11. quest. 1. Carpxov. lib.
 3. defm. Eccles. 12. ibique alleg. Ordin. Eccles. atque Dn. Schilter lib.
 2. Inst. Jur. Canon. §. 2. tit. 5.) non præcesserint, videatur *Dn. Sryck-
 ad Brunnem. Jus Eccles. lib. 2. c. 19. §. 3.* Cum enim in leviora
 Ministrorum Ecclesiæ delicta certa non sit constituta poena, uti-*

que coercitio erit arbitraria, quæ vel impositione carceris vel multa pecuniaria exercetur, ne illa quoque delicta maneat impunita, 24 *Carpzov. lib. 3. de fin. Eccles. 109. n. 9. & seqq.* Custodiæ vero causa, si sit de fuga suspectus, per ea quæ tradit *Farinac. prax. Crim. q. 27. n. 76. & seqq.* aut in crimine notorio atrociori vel atrocissimo deprehendatur, *Carpz. pr. crim. p. 3. p. III. n. 43.* Quod vero debita civilia ex contractu concernit, propter illa ab incarceratione merito eximuntur Clerici, propter beneficium competentis & dispositionem *c. Odoardus 3. de solut.* cujus uberiorem explicationem videre licet apud *Gonzal. Tellez. ad d. c. 3.* nisi Clericus tribus sententiis conformibus ad solvendum condemnatus sit, vel solutionem juramento promiserit, aut Cameralim obligationem præter juramentum debito adjecerit, in qua se ad carcerem & detentionem adstrinxit, prout *Covarruv. lib. 2. variar. resolut. c. 1. cum Gomez. concilians tradit. Farinac. ad quest. 17. n. 70.* aut nisi Clericus de fuga sit suspectus. *Covarruv. d. l. num. 9 Farinac. cit. loc. n. 71.* Quamvis hinc casibus custodiæ potius militum aut ministrorum dari debeat, secundum judicis arbitrium, quod hoc in casu nunquam excludendum est, *Nicol. Boer. decis. 216. n. 3. Gomez. tom. 3. var. resolut. c. 9. n. 6. Carpz. d. q. III. n. 43.*

25 **FORMA generica** Incarnationis hujus in eo consistit, ut delicto sit adæquata, unde sicut alias judicis prudentis est, ut criminis pariter commissi & personarum delinquentium qualitatem accuratissime secum perpendat *Carpz. 3. de fin. Eccles. 113.* ita quoque carceris poenam, nec passim, nec leviter, & non nisi prævia informatione judex Ecclesiasticus imponere debet, cum præjudicium generet irreparabile, quæ ratio est, quod judex injuste Clericum carceri mancipans poenam excommunicationis non effugiat, *per c. si Clericos. 15. de sentent. excommun. in 6ro. Vallens. cit. tit. de poen. §. 1. num. 1.*

26 **Specifica** consistit in detentione Clericorum in certo loco, qui locus ne quidem in carcere perpetuo, horridus, aut ita comparatus esse debet, ut intra paucos dies vel aëris defectu, vel forte seu coetu, vel cibi defectu incarcerationatus moriatur. *Panorm. in c. a nobis. 5. de Apost. alioquin Episcopus vel judex talem decernens irregularis fit. Bald. ad l. penult.*

I. penult. C. ad L. Aquil. Felin. ad c. qualiter. 17. §. fin. de accus. n. 2 §.
Petr. Greco. Tholosan. lib. 31. synt. jur. univers. cap. 33. n. ult. Vallens.
cit. loc. n. 1. §. 2. Ergo multo magis honestior esse debet in incarce-
ratione temporali, nequam vero carcer vulgaris, ut, si non per-
sonæ, tamen officio pareatur. Concil. Trident. Sess. 25. de refor-
mat. c. 6. Vallens. cit. loc. Stryck. in not. ad jus Eccl. Brunnem.
lib. 2. cap. 19. Carpz. cit. loc. n. 9. Hinc, pro locorum diversitate, as-
signata sunt diversa loca, alia Clericis majoribus, alia minoribus,
nam quandoque includuntur turri campanarum, quandoque in ædi-
bis Consistorii detinentur, vel intra muros cujusdam templi, ut
Dresdæ in æde S. Crucis, teste Weber. de jur. Consistor. c. 29. Ut plu-
rimum certus locus huic incarcerationi destinatus, qui Onolsbaci di-
citur die Koblkammer / cui includuntur Parochi, Editui, ut & Can-
tores, Scholarum Præceptores & alii Collaboratores. Ordin. Eccl.
Saxon. sub rubr. vom Beruff und Annehmung der Kirchen-Diener
§. zum 4ten / & sub rubr. von der Election. Examine und Amt eines
jeden Schulmeisters.

FINIS hujus Incarcerationis est partim custodia Clericorum ²⁸
 delinquentium, partim etiam ut delicta, quæ ab ipsis committuntur,
 indeque Auditoribus scandali occasionem dant, coercerentur, ne con-
 tra jura impunita maneat, *l. 14. C. de poen. l. 4. §. 2 ff. de noxal. action.*
 atque ipsi Clerici, dum delicta non cum pietate, sed severitate casti-
 gantur, cautius mercari & ab ejusmodi criminibus in posterum absti-
 nere discant, *l. 10. ff. de poen.*

EFFECTUS tandem ex sine cognoscitur, atque ratione judicis ²⁹
 Ecclesiastici eo ipso se exserit, quod per incarcerationem delinquens
 vel poenæ subsequenti causa detinetur, vel etiam propter nævos suos
 coerceratur, ut hoc modo scandala Clericorum, qui bono exemplo
 auditoribus prælucere debent, ab Ecclesia removeantur. Hinc Con-
 stitutiones Sax. exercitium incarcerationis ad conservationem Chri-
 stianæ disciplinæ Consistoriis concessisse, tradit *Weber. cit. c. 29. vers.*
hæscæ duas poenas. Ratione vero Clerici incarcerati, etiamsi carcer
tantum temporalis sit, existimationem haud parum minuit atque ma-
culam infert, Carpz. lib. 3. desin. Eccl. 114. n. 4.

- 30 CONTRARIA, quæ hanc pœnam aut dissolvunt, aut impediunt, sunt (1) Mort, quæ omnia solvit, *Novell. 22. c. 20.* (2) Præscriptio, quæ per spatium 20. annorum omnem pœnam remittit, ut non solum pœnam, sed etiam ipsam accusationem insimulque processum criminalem tollat, juxta communem Dd. opinionem, comprobata per *l. 12. C. ad L. Corn. de fals. Farinac. prax. crimin. quest. 1. n. 68. & quest. 10. n. 1. Carpx. prax. Crim. p. 3. quest. 141. num. 6. & seqq. Dn. Siruv. S. 7. C. Ex. 46. thes. 29. Lauterbach. tit. de divers. tempor. præscripr. Brunnem. ad d. l. 12. Cod. ad leg. Cornel. de fals.* (3) Aggratiatio atque pœnæ remissio, quæ de Jure Canonico Episcopis aliisque judicibus Ecclesiasticis, jura Episcopalia exercentibus, absque omni dubio competit, cum & ab excommunicatione & juramento illicite extorto absolvere possint, *c. nuper. 29. & de sentent. excommun. c. 2. caus. 15. q. 6. c. 1. & de jurejur. Covarruv. tom. 1. p. 1. relect. ad cap. Alma mater. 24. desentent. excommunic. in bro. f. 12. n. 3. atque in relect. ad c. quamvis de pact. in bro. f. 3. n. 27. Laurent. 32. Ohm. de jur. Episc. th. 18. lit. R. & S. In nostris Ecclesiis licet soli Principi & Statibus Imperii, qui in suis territoriis Imperatorem repræsentant, competat, cum hoc jus inter Regalia sive jura Majestatis, quæ sunt solius Principis, referatur. *Stephan. de Jurisdic. lib. 2. p. 1. c. 1.* 33 Attamen & in hac pœna Confistoriis atq; judiciis Ecclesiasticis remissio ita concessa est, ut, sicut eam pro circumstantiarum ratione imponere, atque contra inobedientes exasperare, imo seculare brachium in subsidium implorare, ita quoque vicissim ob justas causas remittere, vel in multam pecuniariam convertere queant, perinde ac inferiores Magistratus merum imperium habentes, pœnam severiorem in mitiorem commutare possunt, cum leges quamvis pœnam pro ratione circumstantiarum mitigare permittant. *l. 38. §. 9. l. 16. §. ult. l. 5. §. fin. ff. de pœn. modo justa & rationalis subfit causa. Carpx. prax. crim. p. 3. q. 142. num. 21. 23. & seqq.**

CAPUT III.

Quia vero Incarcerationi Clericorum quandoque Carena coheret, quandoque non; Idco jam de ipsa quoque pauca dicenda sunt.

fant. Et quidem originem quod concernit, ad jus Civile vix referri poterit, eam inter pœnas juris Civilis, quæ in l. 6. §. ult. & mult. seqq. ir. l. 23. atque passim. in tor. tit. ff. de pœn. recensentur, non referatur, nec etiam de Jure Civile congrue referri possit, cum ad pœnas Jure Civile reprobatas pertineat pœna carceris, qui ad continendos non puniendos homines haberi debet l. 8. §. 9. ff. eod. videatur Cujac. lib. 14. Observ. 34. atque Mejer. in Collog. Argentor. tit. de pœn. §. 7. quibus pœnis tamen Carena coheret. Potius ergo dicendum, quod moribus Christianorum cum pœna Carceris, qua Ecclesia consuevit homines sceleratos vel ad tempus vel in perpetuum punire, invaluerit, ut non tantum carceris squalore, verum etiam jejuniis affligerentur. vid. c. de his. 36. dist. 50. c. fin. dist. 82. in quo Concil. Hybern. præcipit, ut Sacerdos fornicans hunc in modum puniatur: pane & aqua a vespera in vesperam utatur, tantum autem diebus Dominicis & præcipuis festis modico vino & pisciculis & leguminibus recreatur sine sagimine & carne ovis & caseo, confer. Concil. Marisc. 517. l. c. 5. atque Tarror. c. 1. tandemque per decretales Pontificium probata sit in c. 2. de spons. duor. atque c. 8. de Accusar. Derivatur hoc vocabulum, quod, si credimus Pœn. Rom. tit. 2. de homic. c. 31. in verb. Ita faciendum est tibi, ut pro Psalmista 40. dies in pane & aqua, quod Theutonice Carena vocatur & c. pœniteas, Teutonicum est, a variis variè Alti enim illud a Carentia hominum vel etiam cibarium, deducunt, quod per 40. dies includebantur delinquentes in quodam loco secreto, in quo, præter aquam & panem, carere debebant omnibus reliquis cibis & consortio hominum, Glos. ad c. 2. de spons. duor. Calv. Lexic. Jurid. ad verb. Carena, Alii Carenam quasi caninam vocant, quod pane & aqua vescerentur, non ut ceteri homines aliis cibis, sed ut canes. Alii existimant, vocem hanc esse formatam ex quadragena, vel ex quarentena, sive quadagesima parte, quia olim propter graviora crimina ceperunt Laicis injungi solennes pœnitentiæ, c. penult. & ult. dist. 50. & illi, quibus injungebatur pœnitentia per 40. dies jejunare in pane & aqua tenebantur, quæ pœnitentia dicebatur Carena. Carol. du Fresne in Glossar. ad verb. Carena.

rena. Gonyal. Tellex. ad c. 2. de spons. duor. n. 2. Sumitur autem vel
 pro quadragesimali jejunio, seu publica pœnitentia ab Episcopo Clericis & Laicis indicta, qua jejunare quis spatio 40. dierum tenetur, vel
 etiam pro remissione seu indulgentia 40. dierum, quæ a Summo Pontifice vel ab Episcopis indulgetur *Carol. du Fefine cit. loc.* Nominatur alias bannitum jejunium, ut ex *Sev. Bin. in nor. ad Conc. Saleg. & aliis tradit Gony. Tellex. ad d. c. 2. n. 2.* panis doloris & aqua angustia in c. 27. *de V. S. Laurent. Ohm. tract. de Jur. Episc. th. 18. lit. G.* item panis sorditus, l. 5. *C. Theod. de annon. Civ. pessimus l. 1. C. Theod. de can. frument. vilis a Jul. Polluc. lib. 6. c. 1.* ibi panes, qui viliores fursuracei &c. ad differentiam panium mundorum, qui lautiores sunt & puriores. Describitur ex hactenus dictis, quod sit comestio panis nudi & potus aquæ ad certam mensuram & certum tempus imposita. *Joachim. Stephan. lib. 3. Inst. Jur. Canon. c. 7. num. 8. Laurent. Ohm. citat. loc.* Irrogatur autem hæc pœna non solum Clericis delinquentibus a Judice Ecclesiastico, sed etiam laicis a Judice Seculari pro ratione delicti, quoties scilicet tale est, ut pœna carceris aggravationem mereatur, prout apparet ex notabili præjudicio Scabinorum Lipsiensium, quod hunc in modum recenset *Carpx. in Pract. Crim. p. 3. quest. 133. n. 34.* Isti hiebevot H. H. zu recht die Straffe des Gefängnisses / auff ein Monat lang / derowegen zuerkennt worden / daß er sein Weib täglich dermassen an ihren Brüsten ausgesogen / daß ihr die Leibes-Kräfte / und ihrem Kinde die Nahrung dadurch gänglich entzogen worden ; und wiewol vorherührten Urtheil auch dieses mit angehenget worden / da er sich des Aufsaugens seines Weibes ferner nicht enthalten würde / daß er also dann einer Leibes-Straffe gewärtig seyn solte / so hat er doch / als sein Weib kurzverschienenen Zeit abermahl eines Kindes genesen / dieselbe anderweit auszusaugen sich unterstanden / da hero sein Schwöher seine Tochter mit dem Kinde zu sich zunehmen / verurtheilt worden / &c. So wird vorgedachter N. N. von wegen berührtes seines ungeziemlichen Vornehmens auff 2. Monat lang mit Gefängniß gestrafft / und darinnen mit Wasser und Brod gespeisset / &c. B. N. W. Cohæret quoq; incarcerationi tum temporali

rali tum perpetuæ, uti monstrat c. 27. *de V. S.* Forma autem con-
 cernit vel ipsum panem & potum, vel etiam tempus adjectum, & qui-
 dem, quod panem attinet, erat olim hordeaceus tantum, ut ex *Gregor.*
Thuronens. testator Gonzal. Tellex. ad d. c. 27. de V. S. quod hodie qui-
 dem non amplius observatur, non tamen panis lautior primarius vel
 simulaceus, qui procerum est, sed secundarius, quandoque etiam acc-
 rusus cum aqua simplici pro ratione circumstantis rû ad certam men-
 suram incarcerationis potrigitur, propter quam causam ab *Innocent. in d.*
c. 27. de V. S. non incongrue panis doloris & aqua angustia vo-
 catur. Tempus huic Carenæ adjunctum apparet ex d. c. 2. *de spons. 7*
duor. & c. 8. de accusat. quod sc. sit quadraginta dierum, sicque ad
 instar jejunii quadagesimalis jejunium 40. dierum, cui insuper se-
 ptem subsequentiū annorum pœnitentia jungitur in d. ix. non ut
 sint continui, sicque per singulos dies pœnitentiam agatur, sed per
 quosdam dies in unaquaque hebdomate, qui vulgo legitima feria di-
 cebantur, secundum *can. 11. de consec. dist. 3.* ubi *Gloss. ca. junct. Gloss. verb.*
legitimar. caus. 22. q. 5. Covarruo, lib. 4. var. resolut. c. 20. n. 8. ibique
alleg. juxta quorum sententiam canones omnes, qui agunt de pœni-
 tentia per annos aut dies peragenda, nec modum exprimunt, quo-
 modo impleri debeat, intelligendi sunt de pœnitentia per sabbatis, aut
 similia opera certis hebdomatis diebus confessoris arbitrio, ad im-
 plenda, quæ pœna etiam perpetuo durat, ubi Carena perpetuo car-
 cere est conjuncta, ut constat ex *sape cit. c. 27. de V. S.* Hodier-
 nus moribus hæc Carena pro arbitrio judicis ratione circumstantia-
 rum ita dicitur, ut vel per totum incarcerationis tempus, vel etiam
 per nonnullos dies pane & aqua cibandus veniat reus, juxta determi-
 nationem modi & quantitatis a judice factam, qui sicut in cæteris,
 ita & hic videre debet, ne durius aut remissius quid constituat, quam
 causa poscit, juxta monitum *ICTI in l. 11. ff. de pen. præmissis cum*
ob insignem atque multiplicem delictorum & circumstantiarum var-
rietatem pœnæ extraordinariæ, ad quas hæc nostra Carena pertinet,
certa regula desiniri nequeant, Carpx. p. 3. prax. crim. q. 133.

n. 31. & hæc etiam de Carena sufficiant. Deo sub tuis

nostri laboris exsolvimus

LAUDEM & GLORIAM.

CO.

COROLLARIA.

Mulier, etiamsi sola negotietur, acquirit marito, quicquid propria pecunia ignotando lucratur.

2. Non iniquum est, ut majores habeant usuras mercatores, quam alii.

3. Per usum artium Mechanicarum amittitur nobilitas ipso facto, & novo privilegio opus est ad eam recuperandum.

4. Patris avique factum non adimit nobilitatem liberis, quia eam habent a genere aut a Principe suo jure.

5. Privilegium de non appellando ad Cameram omnibus Electorilibus, præter Trevirenses, adhuc salvum est.

6. Modica Mulierum castigatio marito in jure prohibita non est.

FINIS.




Altdorf, Diss., 1683-84

X 2389188

VD17







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

40.

A Ω!

1684

10

Disputatio Inauguralis Juridica
De

INCARCERATIONE CLERICORUM CUM ET SINE CARENA,

Rom

*P*riesterlichen Gehorsam/
mit und ohne Wasser und Brodt
zu speissen /

Quam,

PRÆSIDE

Deo Ter Optimo Maximo,
Ex Decreto & Consensu

Magnifici Jure-Consultorum Ordinis,

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure Honores ac Privilegia Doctoralia
rite & legitime capeffendi,

In Alma Noricorum Universitate

Solenni ac publico Eruditorum Examini decenter sistit

JOHANN Gärtner / Sver. Mecklenb.

Ad d. 18. Sept. Anno M. DC. LXXXIV.

ALTORFFII,
Recusa M DCC VIII.

14

